Quia nūc dictū est qz generare et alimento vti sunt opa aie vegetatiue. p̄nter p̄bat primā partem scz de generare r̄ non fuit necesse. p̄bare aliā partem. qz Aresto. circa primā diffinitio nē aie qz diffinitio vitā habere posuit duo opa scz nutritionem et augmentatiōnē. fuit ergo nūc necesse hic p̄bare aliud opus videlicet generare. Vel p̄t etiā dici qz in textu sequenti scz Est autē ania Aresto. p̄bat generaliter. qz aia vegetatiua ē p̄ncipiū uiuendi quo ad oia opa. Probat g^o sic de generare. Illa opatio que p̄tinet ad omnes uiuētes est opatio aie vegetatiue. Sed generare est opus qd̄ spectat ad oēs uiuentes tanqz naturalissimū nisi talia uiuentia sint imperfecta sicut

pueri qui scz nondū venerunt ad p̄fectū statū uiuendi. vt aialia nouiter genita. vel orbata. i. p̄uata p̄ncipijs generatiōnis. vel genitalib⁹ hinc hoc contingat et natiuitate siue et impedi mento supueniente vt castratione. vel nisi habeant spontaneā generatiōnē. i. que vident p̄prie et sponte generari. Dicit spontaneē p̄ similitudine. qz vident ex p̄pria voluntate generari et non agens p̄ncipale extrinsecū aduocātū. generant enī talia p̄ solā influentiā corpōz celestiu ex materia ad hoc disposita. Maior p̄bat qz aie vegetatiue ē vitā dare. Illud ergo qd̄ cōuenit oibus uiuentib⁹ hoc ē ab aia vegetatiua q̄ facit vitā. Minorē p̄bat Aresto. qz vnum qd̄ ens creatū appetit assimilari diuino eē. sed talis assimilatio fit p̄ generatiōem. g^o ē natura le uiuentib⁹ appetere generatiōem. Maior p̄t qz oia q̄ agūt p̄ natura agūt p̄pter talē assimilatiōnē. Lur^o rō ē. qz oēs ens creatū ē imperfectū in ordine ad diuino eē cū g^o. oēs imperfectū appetit p̄fici aliq̄ p̄fectōe quā nō h̄t. cū ergo oēs p̄fectiōnes sint in deo sic appetit assimilari diuino esse. Circa qd̄ tñ Aresto. distinguit qz duplex est finis rei scz finis quo et gr̄a ē. Intēdit g^o Aresto. qz res uiuētes appetūt generatiōem sicut finē q̄ ē forma acq̄sita p̄ generatiōem. sed appetūt diuinā similitudinē sic finē gr̄a cui⁹ et vltimā tñ. Minor p̄t qz duplex ē p̄ditio diuini esse. Una ē qz diuini esse ē p̄petuū. Secōda ē qz diuini esse ē cū oim alioz. In his g^o duob⁹ uiuētia sūt sicut deo p̄ generatiōem. P̄tio quo ad p̄petuitatē essendi. qz uiuētia nō p̄nt manere eadē numero cū sint corruptibilia. g^o oīz qz p̄petuitas eis sumat penes sp̄m. qz g^o p̄ generatiōem sp̄s diffundit. g^o p̄ generatiōem aliqd̄ acq̄rit p̄petuitatē q̄ ē cōditio rei. Itē p̄ generatiōem aliqd̄ est cū geniti. Et iō sic de^o ē cū oim rez. ita generatiō est cū geniti. Et q̄ p̄cludit Aresto. qz p̄ generatiōnē aliq̄ res manet quodāmodo perpetua vel fit p̄petua nō fm idē i numero. s̄ fm idē in specie.

Quent Utrū naturalissimū opuz i uiuētib⁹ sit generare sibi sile. Dōm qz sic. Et hoc p̄bat trib⁹ rōnib⁹ fm qz tres sūt modi nature. P̄tio capis natura vt ē p̄ncipiū mouēdi r̄c. Secōdo capis p̄ specie. Tercio capis vt opponitur huic qd̄ ē violētū. Est g^o p̄ma rō. Illud est naturalissimū qd̄ cōuenit uiuētib⁹ r̄ etiā alijs reb⁹ naturalib⁹. Sed generare etiam cōuenit alijs reb⁹ naturalib⁹. ergo est naturalissimū. Minor p̄t. qz ignis generat ignē. aqua aq̄m que sūt pure naturalia. Secōda rō. Illud opus dicit naturalissimū p̄ qd̄ acquirat natura. S̄ p̄ opus generatiōis acquirat natura siue specieser go est naturalissimū. p̄ nutritionem enī p̄seruat

Defin
natur

Defin
natur

Defin
natur

indivisiuū. p. augmētationē acquiri pfecta q̄ti-
tas indivisiuū. cuius ḡ indivisiuū nō sit natura.
sic illa opa nō vocant naturalissima ex pte ter-
minoz. qz nō terminant ad specē. Tercia rō ē
Hoc est naturalissimū ad qd natura magis in-
clinat. Sed ad opus generationis natura ma-
gis inclinat. ḡ est opus naturalissimū. qz q̄qz
natura in detrimentū sine corruptōez indivisiuū
nisi cōservare sp̄m. sic Aristo. dicit de lōgicu/
dine z breuitate vite q̄ aialia multi coitus sūt
breuis vite vt passeres. Et sic op̄ generationis
dicit naturalissimū triplr. Primo ex pte mate-
rie sine subiecti. qz in rebus pure naturalib⁹ in-
uenit. Secdo ex pte termini. qz natura sine spe-
cies acquiri p generatōez sic dicit scda rō Ter-
cio ex pte finis qz ad eā natura inclinat vt ad
finem sicut dicit tertia ratio

Arguitur Si generatio repit in reb⁹ pu-
re naturalib⁹. ergo nō est opus aie vegetatiue.

Ddm q̄ generatō accipit duplr. Uno mō
generalit̄ z sic nō solū repit i reb⁹ viuētib⁹ s̄ etz
in nō viuētib⁹. z sic nō d̄z generari esse op̄ aie
vegetatiue. Alio mō accipit generatio specialit̄
s̄z q̄ fit a pncipio intrinseco z sic est op̄ aie vege-
tatiue. Triplr̄ ḡ differt generare qd inuenit
in viuētib⁹ ab illo generare qd ē in pure natu-
ralib⁹. Primo qz generatō in viuētib⁹ est a p̄n-
cipio intrinseco. qz semen decisu ab aiali est un-
prima potētia ad h̄ q̄ sit ps ipsi⁹ viuētib⁹ z ideo
libi d̄z intrinsecū nō s̄z actū sed s̄z potētia primā
qz qd p̄z deest nihil deesse videt. Circa qd scie
dū q̄ in hoie l' in aiali pfecto ē triplr̄ digestio.
Una est digestio que est i stomacho z ibi sepa-
rat puz ab impuro z impurū mittit ad intesti-
na. puz at mittit s̄z p̄par. in epate ḡ sit scda di-
gestio z itez sepat puz ab ipuro z a tli ipuro ge-
nerat̄ crines z vngues in aiali. s̄z aut puz sic re-
lictu mittit in via s̄z cor. z tūc s̄z cordis z po-
tētia nutritia v̄l s̄z distributua s̄m medicos
in corde ex̄ns distribuit illd nutrimentū sic col-
lectū s̄m q̄ cōgruit sigul' membris. Ista ḡ mate-
ria sic collecta ē i prima potētia ad h̄ q̄ vniatur
cuiuslibet membro aialis. Quia igit natura ma-
xime intendit p̄servationē speciei sic mittit vna
p̄te illi⁹ materie q̄ debuit aggenerari cuiuslibet p̄ti
aialis v̄l viuētib⁹ ad vasa seminalia vt ex ea fiat
generatō. Dicit ḡ illa materia seminalis a qua
fit generatio intrinseca ipsi generati nō s̄m actū
qz nūqz fuit ps generans sed s̄m primā poten-
tia. qz illa materia est sic disposita q̄ nisi fuisset
transmissa ad vasa seminalia ipsa fuisset vni-
ta cuiuslibet p̄ti viuētib⁹. Et ista est causa. qz ista s̄z
seminalis p̄t pducere hoiem simile genera n

ti s̄z ei sit p virtutes in tali semine existentem.

Arguit In oi generatōne fit resolutio vsqz
ad materia primā. ḡ ista s̄tus formatiua in se/
mine corrupit z p̄p̄s nō p̄t fieri generatō s̄/
tute alic⁹ scis decisi. Ddm q̄ in generatōe vi-
uentis sūt duo pncipia scz passiuū qd est mā.
ex qua fit generatō. z h̄ in viuētib⁹ amminis-
trat a matre v̄l ab illo qd habet cōditionē ma-
tris ex tli pncipio fit substātia geniti z tūc ē ve-
rū q̄ fit resolutio in tali embzione vsqz ad mate-
ria primā. Alia ē ps effectiue cōcurrēs ad gene-
ratōez z amministrat a p̄te. z illa materia sic am-
ministrata nō intrat subaz geniti s̄z solū agit ad
hoc q̄ forma introducat i materia si fit forma
introducibilis p agēs naturale sic sunt aia ve-
getatiua z sensitua. vel disponit materia ad h̄
q̄ p agēs supior forma introducat. sic cōtingit
in generatōe hois. Exēpluz ad ista ē vt in ouo
pull⁹ generat̄ ex vitello om sic ex materia. z al-
bume om ē nutrimentū pulli. Tur̄ at forma-
tiua cōiungit vitello z tal' s̄tus cōsistit in qdā
huido qd humidū pducto pullo euanescit et
expirat. Et h̄ p̄t aliq̄ correlaria elici. Primū
ē q̄ sicut i nullo effectu intrat cā efficiēs s̄m s̄z
stātiāz. ita nec etiā in generatōe aialiuū s̄z for-
matiua intrat subaz geniti. Secdo p̄t elici q̄re
ples plus sequit q̄stiatē m̄ris q̄ patris. qz mē
admixta materia ex q̄ s̄z se q̄stias. Secda d̄za
pncipalis qz generatio i viuētib⁹ fit p decisi-
onē semis. sicut plāte generat̄ ex semie plāte
poris. sic at non ē in generatōe pure naturalū
sed i illis generatio fit p cōuersionē vni⁹ i alte-
rū. vt ignis generat ignē in lignis p cōuersionē
lignoz i igne. Tercia d̄za est. qz s̄tus p quā fit
generatio i viuētib⁹ manet p̄ corruptōez p̄n-
cipal' agētis. z iō h̄z eundē effectū que haberet
si pncipale agēs nō esset corruptū. Sicut at n̄
est in inaiatis. qz cessante pncipali agēte nō p̄t
fieri generatō. qz talis s̄tus generatōis nō s̄p̄t eē
separata a generatōe sic in viuētib⁹.

Arguit. Hoc qd ē naturale oibus viuētib⁹
conuenit oibus viuētib⁹. sed generare nō
conuenit oibus viuētib⁹ sed nutrire. qz vt d̄z
in textu. imperfecta viuētia nō generat. neqz o-
bata neqz illa que h̄nt sp̄taneaz generatōez. ḡ
actus nutritōis d̄z esse naturalior. Ddm q̄
autqua opatō p̄t dici naturalior duplr. Uno
mō extēsiue qz extendit ad plura in quib⁹ in-
uenitur. z sic opatō nutritōis ē naturalior q̄
generatio. qz est coior. Alio mō d̄z aliqua opa-
tō naturalior intēsiue. qz. l. natura magis incli-
nat ad talē opationē. z sic generatio ē naturali-
or. In quibus enī omia ista opa simul inueni

in se ibi generatio est opus perfecti? tñ a genera-
tione tria excipiuntur scz imperfecta orbata et habet
tia spontanea generationem.

Arguit. Operatio intellectiva est naturalior
qz generativa. qz hō est maxime suus intellectus
qz est sibi magis naturalis. Dñm qz genera-
re dō dō comparari ad operatioes cuiuscunqz ponit
sed ad operatioes ponit anime vegetative ut sit
sensus generare sibi sile est naturalissimus ope-
ratur inter ista opa. s. nutrire. augmentare et gene-
rare. et sic concedit argumentum qz nō est ppor-
tuitus.

Arguit. Nutritio est naturalior
qz ē magis necessaria cū aīa sine nutritōe esse
nō pōt. sed bene sine generatōe. qz natura est ma-
gis sollicita circa nutritōem qz generatōem.

Dñm qz natura dupliciter ē sollicita circa aliqd
Uno mō absolute. et sic est magis sollicita cir-
ca generatōem. qz qñqz p defectū nutritōis dispo-
nit natura materiā p generatōem. Alio mō natu-
ra est sollicita circa aliqd ex suppone. et sic est
magis sollicita circa nutritōem qz nutritōem subser-
vit ad generatōem. et ideo natura ē sollicita pro
nutritōe ut possit fieri generatō. Et hoc est qd
sub alijs sōbis dicit q nutritio capit dupliciter
Uno mō absolute et sic natura nō est sollicita
p nutritōem. Alio mō accipit sōm qz subseruit ge-
neratōi. et sic natura est sollicita p nutritōem. Et
per hoc soluit replica qñ arguit. natura p gene-
ratōem totaliter corrūpit. vtz in multis. qz natu-
ra nō erit sollicita p generatōem sed p nutritōem.

Dñm qz natura accipit dupliciter. Uno mō
sōm qz est in individuo. et eo mō corrūpitur per
se. et sic ē vtz qz qñqz generatio tendit i corrup-
tionē nature sōm qz est in individuo. Alio mō
accipit pnt significat spēm. et sic natura nut-
rit destruit p generatōem sed pseruatur p eam.

Arguit. Magis naturale est qz aliquid
conseruat seipm qz alterum. sed p nutritōem
aliquid conseruat seipm et p generatōem al-
terum. Dicendum qz aliquid conseruat se-
ipm dupliciter. Uno modo in numero. et h
fit p nutritōem. Alio modo conseruat seipm
in specie. et hoc fit p generatōem. Tunc dicit
dum est qz magis naturale est in omnibus vi-
uentibus qz aliquid conseruat seipm in specie.
qz impossibile est seipm conseruare in numero
et ergo inclinatio naturalis est ad hoc qz aliqd
conseruet seipm in specie. quia tñc potest res
in specie ppetuari. qd nullo mō potest fieri in in-
diuiduo corruptibili. Et nota qz omnia ista ar-
gumenta pcedunt cōtra terciā ratiōem positā ad
hoc qz naturalissimū opm i viuētibus rē.

Queritur. Quis sit ordo istoz actū. Et
hic est ratiō ordinis. Dicendum qz in istis ope-

rationibus potest assignari duplex ordo. s. gene-
rationis sōm que procedit ab imperfectis ad per-
fecta. et sic actus nutritōis pcedit actum aug-
mentatōis. et actus augmentatōis pcedit
actum generationis. Sed sōm ordinem pfecti-
onis est cōtra. Et ratio ordinis sumitur ex tri-
bus rōnibus. Prima est qz actus nutritōis
ordinatur ad conseruandū indiuiduū. actus
augmentatōis ordinatur ad psciendū indi-
uiduū sōm determinatā quantitātē. Actus ge-
nerationis ordinatur ad conseruandū rem in spe-
cie. sicut qz species ē dignior et prior indiuiduo
sōm viam pfectionis. Ita etia generatio qz
generatio supponat nutritōem et augmentati-
onem. Secunda ratio qz nutritio est primus
actus sōm viam generatōis ex qz p presupponit
a generatōe et augmentatōe. qz generatō est vl-
tima operatio sōm viam pfectionis et non cōtra.
Tercia ratio stat in hoc qz p actionē generati-
uā ipsa anima vegetatiua habet cōuenientiam
cum aīa sensitua. quia sicut anima sensitua p
suas potētias se extendit extra suū subiectum
qz agit in colorem p pōnāz visūā que est extra
subiectū. sic etia p potētā generatiuā ipm vi-
uens se extendit ultra suū subiectū pducendo
genitū qd est extra substantiā generatōis.

Est autē anima cor

Postqz Aresto ostendit qz operatio vegetatiua
est ab anima vegetatiua. Jā consequenter ostē-
dit hoc de omnibus operationibus anime ve-
getatiue. Dicebant enim antiqui qz iste operatio-
nes scz nutritiua et augmentatiua non puen-
rent per anima sed ex natura. Et hoc sic pbabāt
qz sicut natura vtz in suis operationibus quali-
tatibus actiuis et passiuis. sicut ignis calefacit
calore. ita etia aīa vegetatiua facit suas operatō-
nes p qualitates naturales. Probat qz Aresto
ti. qz aīa est principium corporis viuentis in tri-
plici genere cause. scz formalis. finalis. et efficiē-
tis. Primū probat duabus rōnibus quarum
prima est. Illud qd dat eē corpi est forma cor-
poris. sed aīa dat esse corpi. qz aīa est forma cor-
poris. Maior p3 ex diffinitōe forme. qz forma
est que dat esse rei. Minor pbat i ter. qz aīa
dat viuere. sed viuere i viuētibus est esse. Pri-
ma p3 patet qz sepata aīa a corpe corpi nō vi-
uit. Secda rō est. Illud qd est actus corpi est for-
ma corporis. sed aīa est actus corpi. qz aīa est cau-
sa formalis corporis. Maior p3 qz oīs forma
est actus. Minor p3 ex diffinitōe e aīe in qua
dicit qz aīa est actus corpi rē.

Arguit. Viuere i viuētibus ē operari. qz nō ē cō-

Dōm q̄ viuere accipit̄ dupl̄. Uno mō p̄ vi
nere vita p̄ma. et sic sigt̄ effectū formalē ipsius
aie. r̄ nihil aliud ē tunc viuere q̄ esse aiaz i cor
pore et informare corp̄. Un̄ dicit̄ Aresto. p̄mo
elēchor̄. q̄ aia et vita idē sūt r̄ sic viuere i viuē
tibus ē esse. Alio mō accipit̄ viuere p̄ opatōe
vitali cōsequente aiaz exiſtentes in corp̄e. r̄ sic
viuere est opari vitalit̄. r̄ sic videre ē viuere. au
dure est viuere r̄ sic de alijs.

Manifestum autem

Consequēter pbat̄ scđam partē scz q̄ aia est cā
finalis ipsius corp̄is. r̄ h̄ pbat̄. Sicut se habet
intellectus practice in disponēdo materiā arti
ficialē. ita se h̄ natura ad materiā naturalez. s̄
intellectus p̄cticus disponit̄ materiā artificia
lē ppter formā artificialem. q̄ natura disponit̄ ma
teriā naturalez ppter formā naturalez. Sed h̄
qd̄ est ppter alterū est finis e. q̄ aia est finis di
spōsitōis materie. Et addit̄ Aresto. q̄ nō soluz
aia est finis corp̄is s̄ etiā oim̄ naturaliu. Et h̄
sic pbat̄. q̄ sp̄ p̄cipale est finis instrumētōr̄
Sed oia naturalia ordināt̄ in aiam sic que
dā instrumēta quib̄ viuāt̄ aiat̄. q̄ aia est finis
oim̄ naturaliu. Minor p̄. q̄ plante nutriūt̄
et mixtis. r̄ q̄ mixta ordināt̄ in plātas. r̄ aia
lia nutriūt̄ plātas sic plāte ordināt̄ in aia
lia. r̄ homo nutriūt̄ et aiat̄. sic aialia ordināt̄
in hominē. r̄ sic p̄ q̄ homo ē finis oim̄ natu
raliu. S̄ addit̄ Aresto. q̄ duplex est finis. s̄ q̄
et grā cui. Per quā distincōem intēdit̄ q̄ aia
nō est finis simpl̄ vltimā. ip̄oz naturaliu si
cut finis grā cui. sed ē finis q̄ mediāte natura
lia tendat̄ in deū sicut i finis grā cui. Un̄ d̄: i
ecclesiastico. Omnia p̄p̄ seip̄m creat̄ d̄ns. r̄ sic
ip̄e est simpl̄ finis oim̄ naturaliu q̄ omnium
rerum creaturaz.

Querit̄ Utrū hō possit̄ dici finis oim̄ re
rū. Dōm q̄ sic. q̄ quodāmodo oim̄ res cre
ate sunt ppter hoies. Sunt ei in rebus quedā
res artificiales. q̄daz naturales. q̄daz supnatu
rales siue sp̄iales. S̄z om̄es iste res sunt p̄p̄
hoies. q̄ hō est finis oim̄ rez creaturū. De reb̄
artificialibus dicit̄ Aresto. y. p̄hoz. q̄ hō est fi
nis oim̄ artificialiu. Et rō illius ē. q̄ artificio
lia sunt ab intellectu huāno. r̄ iō sunt in iuna
mentū naturaliu. q̄ vbi naturalia deficiūt arti
ficialia iuuāt̄. Et iō si sūt aliqua p̄ artē quib̄
hoies nō iuuant̄. vel q̄stuz ad subaz artificio
liū. vel q̄stuz ad modū faciendi artificialia nō
debent dici artes sed abusiones. Et iō ars faciē
di tavillas ē p̄hibita q̄ illis hoies vt in pluri
mū abutiūt̄. In hoc scđo Aresto. dicit̄ q̄ ho

mo est finis oim̄ naturaliu. q̄ hō ex omnibus
naturalibus iuuat̄. Juaat̄ ei ex celo r̄ terra r̄ ex
alijs elemētis r̄ oibus mixtis. S̄z q̄ hō est fi
nis subaz sp̄ialiu nullubi p̄itur ab Aresto.
Sed sc̄us Thomas hoc idēz pbat̄ sic in scđo
sc̄pto. q̄ sube sp̄iales vel sunt bone r̄ in bono
p̄firmate. r̄ sic admistrant̄ hoibus r̄ sic sunt p̄p̄
ter homines sicut mīstr̄. Et hoc est qd̄ dicit̄
ap̄ls q̄ ille sube administratorū sp̄is sunt p̄p̄
ter eos q̄ hereditatē capiunt̄ salutis. Aut sube
sunt in malo obstinare. r̄ tunc tales sube p̄sūt
homini p̄ acc̄is ad exercitia q̄ p̄ hoc q̄ homo
r̄ elisit̄ tem p̄atōibus r̄ malicijs taliu sp̄ium
sic acq̄nt̄ bonū victorie r̄ meriti.

Stuero et vñ prin

Dic consequēter Aresto. pbat̄ terciā p̄tez scz q̄
anima est p̄cipiu r̄ cā efficiēs corp̄is. Et hoc
sic pbat̄. Omnis forma corp̄is natural̄ est p̄
cipiu corp̄is. S̄z anima est forma natural̄. q̄
est p̄cipium corp̄is s̄m q̄ in corp̄e est motus.
Maior p̄z exemplari. q̄ forma ignis est p̄ci
piū motus ignis. S̄z minor est manifesta.
Sed posset aliq̄s dicere q̄ mot̄ q̄ sunt in cor
pore animato sunt a natura. Sic addit̄ Ares
to. q̄ isti motus sunt solū in viuētibz r̄ ha
bētib̄ animā. Ex q̄ sic arguit̄. Illi motus sūt
ab anima q̄ solū inueniūt̄ in h̄ntib̄ animā
sed isti motus solū inueniūt̄ in h̄ntib̄ aiant̄
scz mot̄ local̄ p̄gressiuus r̄ mot̄ s̄m augmen
tū r̄ decrementū q̄ nihil sentit̄ nisi qd̄ h̄z aiaz
neq̄z aliq̄d̄ auget̄ r̄ recelat̄ nisi quod alit̄. r̄ ni
hil alit̄ qd̄ nō coicet̄ vita. q̄ de p̄mo ad vltimū
hoc alit̄ soluz qd̄ habet animā.

Querit̄ Utrū anima sit cā r̄ principium
corp̄is in triplici genere cāe. Dōm q̄ sic vt
pat̄z in textu. scz in genere cāe efficiētis for
malis r̄ finalis.

Arguit̄. format̄ efficiens nunq̄ coincidūt
in vñ numero. q̄ si anima est forma corp̄is
non p̄t̄ esse cā efficiēs eius. Dōm q̄ forma
et finis nō coincidūt in idēz numero in ordie
ad eundēz effectū sed bene in ordine ad diuer
sos effectus sicut est hic. Et hoc sic p̄z. q̄ cor
pus accipit̄ dupl̄. Uno mō s̄m q̄ est absolu
te animatū. r̄ sic anima est e. cā formalis. q̄ h̄
esse aiatuz est ab anima. Alio mō accipit̄ q̄stuz
ad eius organizatōez augmentū r̄ p̄fectōes se
cūdas q̄ etiā sunt in corp̄e r̄ sic est cā efficiēs
Et hoc est qd̄ alij dicūt. q̄ anima est causā for
malis corp̄is q̄stuz ad actuz primuz sed est cā
efficiens in ordine ad actuz scđm.

Arguit̄. Anima nō est causā efficiēs p̄fect̄

*h̄i p̄p̄t̄ t̄ ḡp̄
efficiēs*

~

tionū scōarum in corpe. qz tunc esset aia causa suarū potētiarū qd est impossibile. qz nihil agit p suā essētiā effectiue p̄t̄ primū principium

Dōm q duplex ē causa efficiēs creata. Que dā est principalit̄ efficiēs Alia autem est min⁹ principalit̄ efficiēs siue subeffectiua. Loquēdo ḡ de p̄ncipali cā efficiēte. sic nulla cā efficiēs creata p̄t̄ agere p suā essētiā s̄ bene subeffectiua cā. i. scōarie effectiua sicut est de aia qz pōtē aie fluit ab aia nō sicut a cā principalit̄ actiua. sicut enī deus ē cā potētiarū aie rōnalis sic etiam est cā aie Juxta regulā p̄mētatoris. viij. p̄hor. dans formā dat aia formā. cū ḡ deus dat aiam s̄ rōnalis s̄l̄ cōcreat illa que naturalit̄ sequitur aiaz rōnalem qualia sunt potētie aie. Dicit̄ at̄ aliqua cā effectiua q̄ p̄ncipaliter et p̄pue agit effectū. Et d̄r cā subeffectiua p̄ cui⁹ mediuz effectus p̄ducit. sic ḡ deus nō p̄ducit pōnas nisi p aiam. ḡ p̄t̄ anima dia cā subeffectiua. Vel aliter dōm q duplex aliqd. p̄cedit ab alio. Uno mō p̄ realē transmutatōem et sic nō p̄t̄ ab aliq̄ ente creato aliquid p̄cedere nisi p pōnas mediuz. Alio mō aliqd ab alio p̄cedit p̄ simplicē emanatōem. et sic p̄t̄ etiā ab aliq̄ ente creato aliqd effectiue p̄cedere sicut potētie aie fluit ab aia.

Arguit̄. Causa efficiēs p̄supponitur suo effectui. sed aia nō p̄supponit̄ corpi. ḡ nō est causa efficiēs corpi. p̄bat̄ qz materia est ante formā. Dōm q corpus accipit̄ duplicit̄. Uno mō s̄m suaz subaz et sic corpus p̄supponit̄ aie. qz aia vnitur corpi disposito aliquibus dispositōibus que dispones nō sunt nisi in materia forme p̄supposita. Alio mō accipit̄ corpus qz tū ad debitiū augmentū. et sic aia p̄supponit̄ corpi. qz aia est aī p̄pletā q̄ritatē corpi.

Arguit̄. Anima est intrinseca forma corpi ḡ nō est causa final̄ corpi. Dōm q aia accipitur duplicit̄. Quo mō s̄m eius essētiā. et sic aia ē extrinseca corpi. qz essētiā et natura aie multū distant a natura corpi. sicut sup̄dicat̄ Aristote. q actus et pōna nō p̄t̄ d̄r̄. Alio mō accipit̄ aia s̄m q informat̄ corpi. et sic aia est cā formalis corpi et intrinseca. P̄rio autē mō est cā finalis et extrinseca corpi.

Empedocles enim

Postq̄ Aristote. posuit veritatē sc̄ q aia est p̄ncipiū effectiū opationū vitaliū. i. illarū operationū que s̄nt in corpe viuente. Cōsequēter excludit̄ duos errores q̄ sunt s̄ri ad tales veritatē sc̄ ipsius Empedoclis et democri. Dicit̄ enī Empedocles q opatōes nutritōis nō sic

rent ab aia sed a natura ignis et terre. Democritus autem dicit opationes aie esse a natura ignis tm. fuit ḡ opinio Empedoclis q̄ augmētatio et nutritio fierent in plantis ex hoc q̄ in plantis esset quedā terrestris natura p̄ quā naturā terrestrē nutrent̄ radices. et illa que s̄nt inferius in arbore. et nutrent̄ plante sursuz p̄pter ignē qui naturalit̄ aliqd mouet sursuz. qz et Empidocles dicit effectus puenire i rebus ex necessitate materie. iō dicit q nutritiōem necessitate materie moueret sursū et deorsuz. Tūc reprobat̄ istā op̄monē duabus rōibus quarū p̄ma est. Quia Empedocles male accepit̄ sursuz et deorsuz in plātis. qz hoc qd dicit esse sursuz h̄ est deorsuz. qz nō eodē modo sumitur sursuz et deorsuz in plantis sicut i toto vniuerso. qz in toto vniuerso hoc ē sursuz qd est versus celuz. sed in vniuersis hoc ē sursuz vbi viuēs sumit nutrimentuz. qz ḡ p radices plāte sumit nutrimentuz manifestū est q radices s̄nt sursuz in plantis. Et hoc ē qd dicit Aristote. q sicut se habet caput in aialibus. ita radices in plātis. Et hoc iō. qz illa instrumenta h̄nt se eodē mō qbus s̄nt eadē opa. s̄ eadē opa s̄nt p radices i arbore et p caput i aialib⁹. s̄ accepto nutrimentuz.

Quēnt̄. Utz in omnib⁹ eodē mō sumatur sursuz et deorsuz. Dōm q nō. qz in quibusdā rebus sumunt̄ differēte positionū quo ad nos. in quibusdāz at̄ s̄m naturā rei. et in vtriusq̄ est d̄r̄. Un̄ quo ad nos sumit̄ d̄r̄ne positionū triplicit̄. sc̄ p iuxtapositōem. et p contrapositionē. et p similit̄ positōem. Per iuxtapositionē hoc dicit̄ d̄r̄ qd ponit̄ iuxta d̄r̄truz nostrū. Et hoc similit̄ qd ponit̄ iuxta similit̄ nostrū. Per contrapositionē sicut in imagine resulātē in speculo. qz in imagine hoc d̄r̄ d̄r̄truz qd cōtraponit̄ d̄r̄tro nostrō. Et hoc similit̄ qd ponit̄ sinistro nostrō. Et hoc iō est. qz imago in speculo s̄rio mō resultat i speculo qz in imaginato. Per similit̄ positōem sicut in imaginibus siue statuis illa manus d̄r̄ d̄r̄tra q̄ habet similit̄ cū d̄r̄tra nostra. Dicuntur at̄ sumi d̄r̄ne positōem q̄ ad nos qn̄ ptes rei in quibus sunt tales d̄r̄ne nō distinguuntur s̄m diuersas p̄t̄es. Tūc sumunt̄ d̄r̄ne positionū s̄m naturā rei in tali re. sicut p̄t̄ in hoīe. qz alia ē virtus in hoīe s̄m sursuz deorsuz ante retro d̄r̄truz et similit̄. sed hoc nō est in statua. Alio mō inueniunt̄ d̄r̄ne positionū s̄m naturam rei. et tūc differēt̄ inueniunt̄ d̄r̄ne positionū in celo in vniuerso corruptibili sc̄ in elementis et in aiat̄is. In celo inueniunt̄ s̄m d̄r̄ne positio-

nuz fm q ptes hnt aliā r aliā influentiam ad influentiam aie nobilis. r ideo i celo sumūtur ille dñe que sunt fm diuersas ptes i diuer/ sis ptribus. Est eni alia ptes in polo artico et antartico fm quas sumit sursuz r deorsuz. Itē est alia ptes in oriente r occidente fm quas su mātur dectra r sinistra. Itē alia est ptes i me ridie et sepeptione fm qs sumūtur an r retro. sicut ptes sedo celi. Sed i vniuerso corruptibi li sicut in elemētis sumit sursuz r deorsuz fm motū locale grauiū r leuiū. Sed in aiatis su mūt iste dñe positionū fm ova vitalia. sumū tur eni sursuz r deorsuz fm modū alimentū. qz hoc ē sursuz vbi aiatus recipit nutrimentū. et hoc est deorsuz vbi nutrūtur supflua. Sed an et retro sumūtur fm motū sensatōis. qz hoc ē ante vbi vigēt sensus. r hoc ē retro vbi non vi gent sensus. Sed dectz r sinistra sumūtur fm motū locale in aiati. qz hoc est dectz vbi natu taliter incipit motus. Et hoc sinistra vbi natu raliter desinit motus. Ex qbus pz in quib⁹ in ueniūtur iste dñe positionū. qz in oibus hnti bus nutritōez inueniūtur sursuz r deorsuz. r i oibus hntibus sensus ante r retro. r in oibus habentib⁹ motū locale dectz r sinistra. In qui bus at sil inueniūtur sicut i pfectis aiatibus ibi etiā inueniūtur omis dñe positionū. Se cūda rō est. si in aliq̄ viuēte sunt sil ignis r ter ra. tunc seq̄tur qz hoc viuēs nō possit pmanere in sua p̄sistētia. Qd sic pbat. qz ignis r terra sunt tria. r naturaliter mouētur ad contraria loca nisi aliq̄d cōtineat ea. opz q̄ aliquid pone re in viuēte qd p̄tinet illa tria sicut aiāz. q̄ aiā dz dici cā augmentatōis nō ignis r terra.

Arguit. Nutrimēta mouētur deorsuz. sal tē grossiora r subtiliora sursuz q̄ seq̄t qz ex natu ra terre r ignis fiat nutrītō. Ddm qz dispo sitio nutrimentū fm calidū r frigidūz subseruit bene nutritōni. qz oz grossiora p grossiora nu trimēta nutrū. tñ nutritōis cā non est disposi tio nutrimentū sed aiā que mittit nutrimentū ad di uersa loca.

videtur autē qui

Hic ponit sedōs error circa aiāz vegetatiāz qui est Democriti q̄ dicit qz nutritō r augmentatio hnt a natura ignis r n p aiāz vegetatiā. Dif fert q̄ hec opinio ab opinione Empedoclis qz ipē dicit nutritōez fieri ab igne r terra sil. Sz Democritus dicit nutritōez fieri solū ab igne Et hoc sic pbat. qz nutritō r augmentatio hnt p calorē naturale. opozt ei alimentum recoqui anteqz vnū substantie aliti. sed calor ē ab igne

q̄ ignis est cā nutritōis r augmentatōis.

Hic autem concau

Hic Aresto. reprobat istū errozē Democriti. r dicit qz ignis siue calor ignis ē tene cōcausa. i. instrumētalis cā nutritōis. qz sicut dicitū ē. ne cesse est cōcurrere calorē ad nutritōez. sed non pōt dici qz ignis siue calor sit pncipal cā nutri tōis r augmentatōis. qz tūc viuēs naturalit⁹ accipet quācumqz indetermiatāz q̄titatez per nutrimentū. qz ignis crescit i infinitū apposi to p̄bustibili. sz h est impossibile. Dz oim na tura cōstantiū certus ē smū⁹ magnitudinis et augmētū. Est q̄ tal certitudo siue determinatō q̄titatis nō ab igne. qz ignis fm se non hz cer tū terminū est q̄ ab aiā. determinare q̄ rem non spectat ad materiā que est de se incerta sed spec tat ad formā que est de se determinata r pfecta

Arguit. Entia naturalia sunt determinata ad minimū r maximū. pmo p̄hor. q̄ non pōt ignis crescere in infinitū. Ddm qz ignis ca pit tripliciter. Uno mō ex p̄sue matere. r sic ignis nō pōt crescere in infinitū. qz est determi nata materia i vniuerso q̄ est ignibilis qz ma teria que pōt fieri ignis est materia elemētōrū et mixtoz. r supposito qz illa essent p̄uersa i ig nē adhuc ignis eēt finitus. Alio mō capis ig nis fm qz est ps totius vniuersi. r sic itez non pōt esse infinitus. Et hoc iō qz si ignis esset in finitus tūc destrueret totum vniuersū. qz con uerteret omis ptes vniuersi in suā naturāz. Et qz vniuersū p̄sistit in ordine partiū diuersaz sic cessaret vniuersū r solūz esset ignis. Tertio mō capis ignis ex p̄sue forme. r sic ignis nō habet determinatiōē ad certā q̄titatez. r sic loq̄ tur hic Aresto. sic autē hz omne aiatus materi am determinate q̄titatis. qz in aiatis non pōt eē materia indeterminate q̄ta qz si eēt indetermi na q̄ta tūc aiā nō informaret illā materiā. Ex emplī grā. Repugnaret hōi ex pte aie huāne qz suūz corpus eēt indetermiate q̄titatis. qz nō haberet opationes suas. sed h non repugnat ig ni. qz ignis ex p̄sue forme nō restringitur ad certā materiā seu ad certā q̄titatē matere. In tellectus q̄ textus ē. qz ignis crescit i infinitum ex pte sue forme. qz non repugnat siue forme qz sit in materia indetermiate q̄ta. sed aiata req̄ runt certā materiā ex pte forme. Etiaz ddm qz ista p̄pō est cōditionalis ē ambe ptes sunt fal se. r tñ tota p̄ditionalis est fa sicut illa. si alū⁹ volaret rē. cur⁹ ambe ptes sunt falsē. r tñ tota p̄ ditionalis est fa. Siliter etiā si igni appone ret p̄bustibile isinitū ignis cresceret i infinitū

Handwritten notes in the right margin:
 1. qz ignis nō pōt crescere in infinitū. qz est determi nata materia i vniuerso q̄ est ignibilis qz ma teria que pōt fieri ignis est materia elemētōrū et mixtoz. r supposito qz illa essent p̄uersa i ig nē adhuc ignis eēt finitus. Alio mō capis ig nis fm qz est ps totius vniuersi. r sic itez non pōt esse infinitus. Et hoc iō qz si ignis esset in finitus tūc destrueret totum vniuersū. qz con uerteret omis ptes vniuersi in suā naturāz. Et qz vniuersū p̄sistit in ordine partiū diuersaz sic cessaret vniuersū r solūz esset ignis. Tertio mō capis ignis ex p̄sue forme. r sic ignis nō habet determinatiōē ad certā q̄titatez. r sic loq̄ tur hic Aresto. sic autē hz omne aiatus materi am determinate q̄titatis. qz in aiatis non pōt eē materia indeterminate q̄ta qz si eēt indetermi na q̄ta tūc aiā nō informaret illā materiā. Ex emplī grā. Repugnaret hōi ex pte aie huāne qz suūz corpus eēt indetermiate q̄titatis. qz nō haberet opationes suas. sed h non repugnat ig ni. qz ignis ex p̄sue forme nō restringitur ad certā materiā seu ad certā q̄titatē matere. In tellectus q̄ textus ē. qz ignis crescit i infinitum ex pte sue forme. qz non repugnat siue forme qz sit in materia indetermiate q̄ta. sed aiata req̄ runt certā materiā ex pte forme. Etiaz ddm qz ista p̄pō est cōditionalis ē ambe ptes sunt fal se. r tñ tota p̄ditionalis est fa sicut illa. si alū⁹ volaret rē. cur⁹ ambe ptes sunt falsē. r tñ tota p̄ ditionalis est fa. Siliter etiā si igni appone ret p̄bustibile isinitū ignis cresceret i infinitū

Querit. Ut calor qui est cō nutritōis sit eiusdem sp̄i cū calore ignis. Dōm q̄ est idē calor sp̄i r̄ numero q̄ facit nutritōes instrumē taliter vt calor ignis in ip̄o aiato. Et h̄ pbatur qz omne mictū pfectū q̄le est mictū aiatur h̄z in se calore ignis. si ḡ p̄ref talē calore ignis est ser alius calor tunc duo acc̄na tm̄ numero dif ferētia essent i eodē subiecto. nō ēi p̄r calor fa cēs nutritōes eē alteri sp̄i. qz sicut p̄us dcm̄ est aia vegetaria v̄t naturalib̄ q̄litatebus eri am effectiue. v̄t ḡ calore ignis ad efficiendū nutritōes. r̄ iō calor qui nutrit instrumētalis est calor ignis.

Arguit. Nos distinguim̄ res p̄nes actō nes r̄ pprietates. h̄z est alia actio caloris ignis et aie. qz calor ignis incinerat. calor at̄ aie car nificat. Dōm q̄ calor ignis p̄r dupl̄r capi Uno mō absolute r̄ fm̄ se. r̄ sic calor ignis in cinerat r̄ cōburit. Alio mō capif fm̄ q̄ est instru mētūz alic̄ altioris agētis sc̄z aie. r̄ sic p̄r ha bere altiorē opationē qz si p̄ se ageret r̄ sic habz carnificare. Tūc em̄ p̄iungit aie vegetatiue q̄ ē forma p̄fectior forma naturali. Et sile est in ar tificialib̄. qz securis fm̄ se accepta nō facit do mū sed si p̄iungat artifici tūc p̄r facere domū

Quoniam autez ea

Postq̄z Aresto. p̄misit quedā necessaria q̄ cri gatur ad intelligendū determinatōes de aia ve getatiua. Dic̄ p̄r p̄sequit̄ determinatōes de p te vegetatiua. Et primo determinat de obiecto. Secō de opationib̄. Tertio de potentijs. Et hoc faciunt̄ta ordinē p̄us p̄missuz. Dicit ḡ p mo q̄ potētie vegetatiue d̄nt ab alijs potētys qz circa alimentū sunt. iō p̄rio determinaduz ē de alimēto. quo ad h̄ em̄ sc̄z circa alimētū esse cōueniūt omis potētie aie vegetatiue. Et dicit Aresto. in textu q̄ sunt eodem pōne aie nutriti ue r̄ generatiue qd̄ est veruz fm̄ genus. qz h̄nt idē obiectūz fm̄ gen̄ sicut infra patebit.

Videtur autem ali

Dic̄ Aresto. p̄sequit̄ determinatōes de alimen to. Et p̄r̄ tria que alimēto p̄ueniūt. Unuz ē q̄ alimentū est p̄riuz alito. Et hoc ideo qz ali mentū cōuertit̄ in subaz aliti. S̄z ois mutatio fit de p̄rio in p̄trariū. Secō p̄ditio ē q̄ alimē tū est ex h̄ys p̄rijs que h̄nt generatōes ex se in uicē. Sunt ei aliq̄ p̄ria q̄z vnuz nō generat ex alio. sic sanuz nō generat ex laborate. d̄nt ḡ nu trimenta eē talia q̄ p̄nt generari ex suo p̄rio. Ter cia cōditio ē q̄ alimētūz d̄z facere augmētatio nē in alito. qz augmētūz sp̄ sequit̄ nutritōes

capiendo augmentūz cōiter. Addit Aresto. q̄ aliq̄ sunt que h̄nt ex se in uicē nutritōes sic q̄ vnū nutrit alterū r̄ cōtra. r̄ sic p̄r̄ esse idēz ali mentū r̄ alitū respectu diuersoz sicut in aiali bus homo p̄r̄ esse alimētūz lupi r̄ c̄. sed in q̄ buldaz hoc nō p̄tingit. qz aqua alit ignē h̄z ignis nō alit aquā. Et h̄ est in simplicibus r̄ sic apparet q̄ alterū est alimētūz r̄ qd̄ alitur.

Arguit. Aqua extinguit ignē ḡ nō nutrit ignē. Dōm q̄ aqua accipit̄ dupl̄r. Uno mō vt est simplex corp̄ r̄ sic aq̄ extinguit ignēz r̄ nō nutrit. Alio mō accipit̄ aqua fm̄ qd̄ est aliq̄ mictūz h̄ns p̄lis de clemēto aque qz de alio ele mēto vt oleū. r̄ sic aq̄ nutrit ignēz. manifeste ei apparet q̄ oleū r̄ p̄iguedo nutriūt ignem.

Arguit. Si ignis nutrit ḡ h̄z potētiaz nu tritiua. r̄ sic pōna nutritiua erit i inaiatis.

Dōm q̄ nutritō capif dupl̄r. Uno mō fm̄ q̄ hoc d̄z nutritō qd̄ cōseruat p̄ nutritōes idēz in numero. r̄ sic inaiata nō nutriūt. r̄ in q̄b̄ sic inuenit̄ nutritō i illis etiā repit̄ potētia nu tritiua. Exempli gr̄a. Idē homo p̄ nutritōes sc̄p̄m cōseruat. Alio mō capif nutritō impro prie fm̄ q̄ p̄ nutritōes nō cōseruat eadē res i numero h̄z in sp̄. r̄ sic etiā in inaiatis inuenit̄ nutritō. r̄ tales nutritōes nō ōz fieri p̄ pōnaz nutritiuam. Sic em̄ d̄z nutriti ignis q̄n sibi apponūt̄ ligna noua. tūc ei manifestuz ē q̄ noua ligna apponūt̄ q̄ nō manet idēz ignis in numero sed ē alius ignis i alijs lignis. Si milit̄ p̄r̄ dicit̄ de augmētatione. qz q̄ncunqz est in aliq̄ augmētatio sic q̄ ip̄m augmētet̄ in nu mero in q̄ d̄z eē augmētatio h̄ est p̄ pōnaz aug mētatiua. h̄z q̄n p̄ appōez alic̄ noue s̄be fit aug mētatio tal̄ est in nō viuētibus. fit ei aliq̄ ge neratō in viuētib̄ r̄ i non viuētib̄ sic dcm̄ est

Dubitationē autez

Postq̄z Aresto. posuit̄ cōditōes alimenti. cōse quent̄ mouet vnā dubitatōes de alimēto. Et ē hec. An sile alaf p̄ sile. i. an alimētūz sit simile alito vel dissile. Et obijcit̄ Aresto. ad vtrāqz p tē. Secō soluit̄. P̄rio arguit q̄ sic. Et stat rō i hoc. Sile auget̄ per sile. ḡ sile alif p̄ sile. An̄s p̄bat̄. qz augmētatio fit p̄ hoc q̄ aliq̄d aggene rat̄ illi qd̄ augmētata. sed qd̄ alicui aggenerat̄ est sile illi cui aggenerat̄. p̄na t̄z. qz ad oem nu tritōes seq̄tur augmētatio qz postq̄z res nutri ta est. est maior q̄ p̄us fuit.

Aliis autez sicut d̄ i

Dic̄ arguit ad oppositā p̄rem duabus rōnib̄. Quam̄ prima ē. Omis mutatio ē de cōtrario

in contrarium s3 ipm alimentu mutat in sub/
 stantiã aliti. ergo est contrarietas int alimentum
 z alitum. Maior pz. v. phoz. Minor. pbatur
 qz oportet alimentum decoq p calore stomachi z
 alioz mebroz. Seco rō ē. Dis passio fit a cō
 trario. qz sic pz p Aresto. pmo de generatōe. sile
 non patitur a sili s3 a contrario. s3 alimentum pati
 tur ab eo qd alitur. s3 alimentum ē contrariuz ali
 to. h3 se ergo alimentuz ad alituz sic materia ad
 edificatore. qz sic materia patitur ab edificato
 re ita alimentum ab alito. sed pprie edificator
 non patitur sed ducit de octo ad actum.

Utrum autem alimē

Hic soluit questionē pri^{or} motā. Et vult qz qli
 ter illaz opinionū h3 aliqd veritatis. capitur
 eni alimentum duplr. Uno mō quādo in prin
 cipio cōiugit alito an decoctione. z tūc alimē
 est cōtrariū alito qz h3 in se aliqz qitates qz
 oportet expelli anqz vniat alito. Alio mō capit
 alimentū fm qz iā decoctū est p calore naturalē z
 pparatū conformit ad dispoes aliti. z sic alimē
 tum est simile alito. qz tūc habet cōformes q/
 litates.

Arguitur. Substantie nihil est contrariū. s3
 alitū nō est cōtrariū alimēto. Dōm qz substa
 tie capiūt duplr. Uno mō fm sui eē paise sub
 stāiale. z sic substantie nō est aliqd cōtrarium.
 Alio mō capiūt substantie fm qitates qz in eis
 sunt. z sic substantie est aliqd cōtrariū. sic eni dicit
 Arest. scdo de generatōe qz cōtraria sunt cōtraria
 qz qitates que in eis sunt sunt cōtrarie.

Quoniam autem ni

Postqz Aresto. determinauit in generali de alimē
 to cōsequēter determinat de alimēto in spēali fm
 qz scz puenit diuersis potētis z oparōib^{us} ipi^{us}
 aie vegetatiue. Et pmo quō est obiectuz poñe
 nutritiue. Seco quō est obiectū poñe augmē
 tatiue. Tercio quō poñe generatiue. Intendit
 ergo qz obiectū poñe nutritiue est alimētū fm
 qz poñe animatū. Et hoc pbatur sic. qz i potētis
 actiuis tale est obiectū in poñe qlis est ipa po
 tentia actiua in actu. S3 ipm viues hns po
 tētā nutritiua est actu aiatur. ergo etiā ei^{us} obie
 ctū erit alimētū fm qz poñe aiatur. Circa ma
 iore cōsideranduz ē qz est dīna inter poñas ac
 tiuas z passiuas qz potētie actiue ducunt ipm
 obiectū ad hoc qz obiectuz sit sile poñe. Exem
 pli grā. poñe nutritiua qz est actiua facit nutri
 mentuz qd poñe est aiatur eē actu aiatur. S3
 in potētis passiuis obiectum ducit poñas ad

actuz. z iō tale est obiectuz in actu qlis ē virt^{us}
 in poñe. Exempli grā. Tūsus est talis poñe q/
 lis est color in actu.

Est autem alterum

Hic Aresto. ont quō alimentuz ē obiectuz poñe
 augmētatiue. Et vult qz alimentuz fm qz est aima
 tuz qstuz ē obiectū poñe augmētatiue. Dō sic pz
 qz alimentuz ē alterz fm qz in se h3 substantiā z h3
 qz in se h3 aliqz qzitate. S3 ei qz i se h3 ali
 quā substantiā sic ē obiectū poñe nutritiue qz mit
 tar alimentuz in substantiā aliti. S3 ar qz i alimē
 to est aliqz qntitas sic ptingit alimentuz ad poñas
 augmētatiua sic ē obiectuz. qz sic augmētāt ipm
 alituz z iō nutrimentum nō ip se h3 ad alituz vt
 obiectuz poñe augmētatiue. qz oportet ip vt
 uens nutriti. sed nō semp augmētāt.

Et generationis

Hic pñr ont quō alimentuz est obiectuz poñe
 generatiue. Et vult qz alimentuz fm qz est factiū
 silis in specie est obiectum poñe generatiue. Et
 hoc iō qz p generatōem nō pōt aliqd seipm ge
 nerare sicut aliqd alit seipm z augmētāt seipm.
 Sed oportet qz p poñam generatiua generet
 aliqz alia substantiā. qz nihil generat seipm sed
 saluat. qz dum aliqd est. nō generatur. sed tūc
 generat qn nō est ergo oportet dicere qz alimen
 tum fm qz factiū similit in specie sit obiectū
 potētie generatiue.

Arguit. Hoc qd est factiū similit in specie
 nō est alimētū pbatur qz est supflūū alimēti si
 ue semē. ergo nō est alimētū. Dōm qz virt^{us}
 semialis qz est factiua similit in spē accipit du
 plr. Uno mō fm suā ppriā naturā. z sic ali
 mentū. qz illa materia sicut pus dicitū est i sua
 natura sūt disposita qz suisz pūcta cuilibet
 pti animalis. qz est materia terciē digestionis z
 vocat fm medicos chilus. Alio mō accipit h
 semē ex ordinatōe nature z tūc dicit supflūū ali
 mēti. qz nafa segregat illā materiā ab alia ma
 teria que est nutrimentū fm rē sic pus dicitū est

Quare huiusmodi

Postqz determinauit de obiecto poñaz vegetati
 uaz. Hic pñr determinat de ipsis potētis. Et
 diffinit poñam nutritiua. qz ex illa diffinitōe
 faciliū pōt haberi diffinitio augmētatiue z etiaz
 generatiue. Potētia nutritiua est potētia po
 tens saluare suū subiectū fm qz huiusmōi. si
 cut eni dicitū est. poñe diffiniūt p act^{us}. cū ergo
 actus poñe nutritiue sit cōseruare indiuidūz
 ideo poñe nutritiua sic bene diffinit. Et ex illa

Handwritten marginal note on the left side of the page.

Handwritten marginal note on the right side of the page.

Handwritten marginal note on the right side of the page.

Diffinitione pnt etiā dari diffinitōes pōne au-
gmentatiue ⁊ generatiue. Quia pōna augmē-
tatiua est potētia pducēs suū subiectū ad debi-
tā q̄ritatē. Sed potētia generatiua est poten-
tia generans sibi sile fm q̄ hmōi.

Alimentum autem

Hic qz possz aliqs obijcere q̄ alimētuz saluat
ipm alitū ⁊ nō potētia nutritiua. Soluit taci-
tū dubiū ⁊ dicit q̄ q̄uis alimētū pferat ad salu-
tē uiuētis tanqz pparans op^o vl opatōez nutri-
tōis. ideo absqz alimto nutritō esse nō pōt nō
tū alimētū est p̄cipalis causa nutritōis sed
ipsa aia ⁊ pōna nutritiua. Circa hoc ponit tria
que cōcurrūt ad nutritōz. Unū est qd alitur. s.
corp^o aiatū. Scdm est q̄ aliqd alitur. s. alimē-
tū. Tercuz est alens. s. aia vegetatiua vl potē-
tia vegetatiua.

Quoniam autem a

Postqz Aresto. diffiniunt potētias vegetatiuas
Hic p̄nt diffinit ipam aiaz vegetatiuā. Et uult
q̄ aia vegetatiua est q̄ est generatiua similis
quale est ipm generās. Et illā diffinitōez sic p-
bat. qz oia a fine appellari iustū est. sed finis si-
ne finalis p̄fectio ipsi^o aie vegetatiue est gene-
ratio sibi similis ergo pōt talis aia vegetatiua
a tali p̄fectōe diffinitiuē denoiari.

Arguit. Ista diffinitio p̄uenit pōne genera-
tiue qz illa est generatiua sibi sile q̄le est ipm
generās. Ddm q̄ generare sile q̄le est ipm ge-
nerās p̄t intelligi duplr. Uno mō appropate
sic q̄ non p̄uenit alicui plus q̄ illa opatō. ⁊ sic
generare sibi sile est opatio pōne generatiue qz
ei nō p̄uenit plus q̄ illa opatio. Alio mō acci-
pit generate sibi sile. p̄t p̄supponit alias opa-
tōes scz nutritiua ⁊ augmētatiua. ⁊ sic p̄uenit
aie vegetatiue.

Arguit. Ex hoc seq̄ret q̄ aia debet diffiniri
p̄ alias opatōes scz p̄ nutritiua ⁊ augmētatiua
qz aia vegetatiua est ec p̄cipiū illaz opatio-
nū. Ddm q̄ q̄uis aia vegetatiua sit p̄cipi-
um nutritōis ⁊ augmētatiōis. diffinitiuē tū de-
noiat a generatōe. qz p̄ generatōez etiā includū-
tur q̄dāmodō alie opatōes. sicut posteri^o inclu-
dit in se p̄ora. ⁊ iō si aia vegetatiua ē p̄cipiū
generatōis etiā p̄supponit q̄ sit p̄cipiū aug-
mētationis ⁊ nutritōis. ⁊ ideo diffinit aia ve-
getatiua p̄ generatōez ⁊ nō p̄ alias opatōes.

Quert. Utz oia a fine appellari iustū sit.
Ddm q̄ sic qz finis hic in textu significat fi-
nale p̄fectōez scz a finali p̄fectōe sumit dīna ali-
cui^o rei. a dīna aut aliqd denoiat diffinitiuē qz

dīna cōplet diffinitōez rei. vt hō nō d̄z denoiat
ri ab aialitate q̄ ē p̄fectio generica ⁊ nō final. s̄z
debet denoiari a dīna finali. s. a rōnali.

Arguitur. Finis hominis est corruptio ei^o.
sed homo nō debet denoiari a corruptione. ergo
nec a fine. Dicendū q̄ duplex est finis scz cō-
sumptōis qm̄ res finaliter p̄sumit ⁊ a tali fine
nō debet res denoiari. qz ex cōsumptōe res tēdit
in nō esse sed a nō esse nihil denoiat. Ali^o est fi-
nis cōsummatōis fm̄ que res est consummata
i. in se p̄fecta p̄ vltimā dīnam ⁊ a tali fine iuste
res denoiat. tales s̄t finis in aia vegetatiua est
opatio generatiua qz nihil generat nisi sit p̄-
ctū ⁊ in se cōsummatū.

Est autē quo alitur

Hic Aresto. exponit hoc qd p̄us dictū est. s. q̄
calor est id quo aliquid alit ⁊ etiā alimētū. Di-
cēs q̄ quo aliqd alit est duplex. Qz. s. aliquid
est mouens ⁊ motū sile ⁊ est calor. Aliqd ē mo-
tū tm̄ ⁊ est ipm alimētū. Ipsa at aia vegetati-
ua est solū mouens. Qd sic p̄bat. quia opoz
alimētū p̄us decoqui p̄ calorē. ⁊ ideo mouet
calor ab aia vegetatiua ⁊ mouet nutrimentum
alterando ipm. Circa qd sciendū q̄ ad nutri-
tionē quatuor cōcurrūt scz aia vegetatiua que
est p̄mū ⁊ p̄cipale p̄cipiū nutritōis. Deinde
cōcurrūt pōna vegetatiua que mouet ab aia ve-
getatiua. Deinde pōna vegetatiua mouet calorē
naturalē. ⁊ calor naturalis mouet nutrimentum
Un̄ patz q̄ aia vegetatiua est mouēs tm̄. ⁊ nu-
trimentū motum tm̄. ⁊ pōna vegetatiua ⁊ calor
sunt mouens ⁊ motū simul.

Queritur. Utrum tm̄ tres sunt potētie ani-
me vegetatiue. Dicendū q̄ sic. Et rō est du-
plex. Prima est. tot sunt potētie aie vegetati-
ue quot modis cōtingit obiectū variari ipsaz
potētiarū anime vegetatiue. Sed hoc cōtin-
git tm̄ trib^o modis ergo. rē. Maior est nota.
qz pōne distinguūt p̄ actus ⁊ obiecta. Minor
p̄bat. qz alimētū qd est obiectū aie vegetatiue
accipit triplr. Uno mō vt potētia aiatū. ⁊ sic
est obiectū pōne nutritiue. Alio mō vt est potē-
tia aiatum q̄tuz. ⁊ sic est obiectū pōne augmē-
tatiue. Tercio modo accipit fm̄ qd est factiū
similis i sp̄ez sic est obiectū potētie generatiue.
Scda rō qz aia vegetatiua est aia corp̄is uiuē-
tis. tot ergo necesse est esse pōnas in aia vegeta-
tiua quot contigit esse opationes corp̄is uiuē-
tis. qz p̄pter opationes ponunt potētie in ali-
qua aia. Sed est triplex opatio. Prima est p̄
quā acq̄rit esse ⁊ illa spectat ad potētiā genera-
tiua. Scda est p̄ quā cōseruat se ut esse. ⁊ illa

Handwritten note in left margin

Handwritten note at bottom left

Large handwritten flourish or signature

Handwritten notes in right margin

spectat ad potentiā nutritiā. Tercia est p qua ducitur ad esse perfectum et hoc fit p potentiaz augmentatiā.

Arguitur. Iste potētie sunt naturales ergo nō sunt potētie anime que est supra naturā. Dicē dum q duplicat aliqua potētia dicitur natural. Uno modo quia oritur ex re pure naturali. et sic potētia calefaciendi in igne dicitur naturalis. Et sic est verū q nulla potētia aie dicit natural. Alio modo dicit aliqua potētia naturalis p similitudinē quia est in animatis et tamē habet similitudinē cū potētis pure naturalibus. et sic potētie vegetatiue pnt dici naturales. qz iste potētie habent effectus similes cū effectib⁹ naturalib⁹ in tribus. Primo iste potētie hnt effectus siles cū effectibus naturalib⁹ qz sicut natura dat eē qzntarem et cōseruatōem sic etiā anima vegetatiua p tres potētiās sicut dicitur est. Uex est tñ q ille opatōnes sunt altiori modo in aiatis qz in pure naturalib⁹. Secūda similitudo est quia iste potētie aie in suis opationib⁹ vtunt qualitativ⁹ naturalib⁹ sicut potētia nutritiua vtit calore ad dirigēdū cibū in stomacho. Tercō dicit potētie naturales qz nō obediūt rōni sic alie potētie sensitiue que ad minus nate sunt ad obedire rōni. Pōt enī homo videre et audire si velit. nō aut nutriti si velit.

Arguitur. Plures sunt potētie anime vegetatiue qz tres. pbatur qz est aliqua potētia retētiua attractiua digestiua et expulsiua. pbatur qz vbi cūqz sunt diuersi actus ibi sunt diuersē potētie sed hic sunt diuersi actus ergo. et Dicē dum q duplices sunt actus. Quidā sunt oīno disparati et diuersi sicut sunt videre et audire et sic et alijs. et sic est verū q tales diuersi actus spectant ad diuersas potētiās. Alij sunt act⁹ adinuicē subordinati q sil reducūt ad vnū actus pfectū et tales nō diuersificāt potētiās vt recipe spēm sensibilem et diiudicare p eā spectat ad vnā potētiā scz visiuā. Per hoc ergo ddm ē q isti actus sil reducūt ad nutritiōnē. necesse est ei q si aial debeat nutriti q retineat cibū in loco digestiōis. Secūdo requiritur q digerat cibū. Tercio requiritur q cib⁹ digest⁹ trahatur ad partes aliti. Quarto requirit expulsiō supfluoꝝ. qz ergo oēs isti act⁹ subordinati cōcurrūt ad nutritiōnē sic nō diuersificāt potētiā nutritiā.

Arguitur. Ex isto sequeretur q potētia augmentatiua et nutritiua essent vna potētia. qz actus illaz semp adinuicē cōsequūtur. Dicendū q augmentatio capitur dupliciter. Uno modo pprie sic hoc dicitur augmētari qd recipit maiorē qzntatē q vnqz prius hnt.

et illa solū est in viuētib⁹ vbi plus cōuertitur i substantiā aliti qz amissū fuit. et sic accipitur h augmentatio. Alio modo accipitur iprope fm q h dicitur augmētari qd est mai⁹ qz immediate an hoc fuit. et sic est verū q ad oēm nutritiōnē seqtur augmentatio. qz post cibū acceptū aial ē mai⁹ qz immediate an hoc fuit. et illo modo augmētatiō nō est actus potētie augmentatiue. Paret ergo q augmentatio pprie dicta et nutritio inseparabiliter se nō cōsequūtur. Si tñ cōsequātur adinuicē adhuc nō tenet argumētū. qz illa opa q in nutritiōe inueniūtur respiciūt obiectū fm vnā rōnē. respiciūt enī obiectū fm q potētia aiati. s; augmentatiō et nutritio non respiciūt eodē modo alimētū qz nutritio respicit alimētū fm q potētia aiatum. Sed augmentatiō respicit alimētū fm q potētia aiatur qzntū. sed qz qzntitas distinguitur a substantiā ergo nutritio et augmentatio distinguntur.

Queritur. Utrū ad omnē nutritiōnē seqtur augmentatio. Dicendum q capiēdo augmentatiōnē improprie tunc ad omnem nutritiōnē sequitur augmētatiō vt prius patuit.

Queritur. Quot sunt in nutritiōne et quid significat nutritio. Dicendum q quattuor sunt in nutritiōne ex parte alimēti siue obiecti. Primum est alteratiō nutritiōnē que fit per calorem naturalem ipsius animati. et fit in aliquo determinato tpe. Secūdo in fine alteratiōis est expulsiō forme alimēti qz alteratiō p calorem disponit alimētū ad corruptiōnē. Tercio est introductio forme aliti. Quarto est vnio ipsius nutritiōnē ad formā aliti. Et ista tria vltima fiunt in instāti tps qz vnū pcedat alterū fm ordinē nature. Ddm est ergo ad qsitum q nutritio significat vltimū pura vnionē nutritiōnē ad nutritiū. Et hoc est qd dicitur solet q nutritio est quedā partialis generatiō. qz sic p generatiōz acqritur tota sba ita p nutritiōz ps sbe.

Arguitur. In inaiatis eadē sture datur substantia et qzntitas ergo in aiatis p eadē potētiā datur virtus generatiua et etiā nutritiua. qzntitas a simili. Dicendum q non est simile qz generatiō in animatis est a principio intrinseco. s; a semine qd in proxima potētia fuit ad hoc q vniretur corpi. oportet ergo esse vnā potētiā in animatis p qua hoc semen pparat. s; potētiā generatiuā. Sed sic nō est in inanimatis qz in animata nō generāt p dēcisionē seminis sed p hoc q conuertūt alter in suam naturam. et ideo non oportet ibi pēstere aliquā potētiā generatiuā. et sic p vnā potētiā dantur substantia et qzntitas.

Queritur. Quē ordinē habet iste potē.
Dōm q' fm viā generatōis nutritiua est pma.
Secda est augmetatiua. 7 Tercia generatiua.
Sed fm viā pfectōis ecōtra est.

Arguitur. Potētia nutritiua hz digno ob/
iectū qz augmetatiua qz potētie nutritiue ob/
iectū ē substātia 7 augmetatiue qritas ergo 7c.
Dōm q' potētia augmetatiua nō hz nudā qrit/
tate p obiecto sed substātiā qritā quis ergo sū/
stantia sit dignior quantitate tū substātia qn/
ta est dignior ipsa substātia qz qritas addit
aliquā pfectōem ipsi substātie.

Queritur. Utrū iste potētie vegetatiue i di/
uersis aiatis sint vni spēi vel diuersaz spēmz
vt in hoie 7 in asino. Dōm q' sunt diuersaz
spēmz q' potētie distinguūt p obiecta. sed ē aliū
obiectū potētie nutritiue in hoie 7 in asino et
in alijs aiatis qz in hoie obiectū potētie nutriti/
ue est alimentū fm q' est in pōna aiati aia rōna
li. Sed in asino obiectū potētie nutritiue est ali/
mentū pōna aiatum ania rudibili 7 sic de alijs
aiatis. Potētia aut nutritiua in arborē ē hns
obiectū qd ē alimentū fm q' pōna aiati fm spe/
cie illius arboris. Sicut est dōm de pōna augm/
tatiua 7 generatiua. Est enī manifestū de pōna
